



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XII. Erzbischof Burchard von Magdeburg ertheilt der Stadt Burg gegen 200 Mark zur Auslösung von Plathow das Privilegium, daß Adliche und Geistliche, die in der Stadt wohnen, das Bürgerrecht erwerben ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

predictis nostris ciuibus proprietatis titulo perpetuo possidendam, Renunciantes omni iuri et censui, que in predicta area dinoscimur habuisse. Ut autem nostra donacio rata et inconuulsa perhenniter perfeueret, prefens scriptum inde confectum sigilli nostri munimine fecimus communiri. Testes huius rei sunt Burchardus de Blankenburch prepositus sancte wiperti in Nienborch, Otto de Brezna nostre Ecclesie canonicus, Johannes de Brunfwie canonicus ecclesie sancti Nicolai in Magdeburg, clerici, Heydeko de Nigrip, Hildebrandus de ouesuelt, Conradus de beliz, Conradus Imuk, Otrauen, milites nostri et quamplures alij fide digni. Datum Magdeburg, anno domini M^o. CC^o. LXXXIX^o, VIII^o. Idus Februarij.

Nach dem Originale des Stadtarchives zu Burg Nr. 111.

XII. Erzbischof Burchard von Magdeburg ertheilt der Stadt Burg gegen 200 Mark zur Auslösung von Blathow das Privilegium, daß Adliche und Geisliche, die in der Stadt wohnen, das Bürgerrecht erwerben müssen, am 18. Juli 1301.

In nomine domini Amen. Borchardus, dei gracia sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopus, Omnibus in perpetuum. Quoniam fragilis est hominum memoria et temporis status instabilis circa temporalia, propter quod ad maiorem firmitatem in negotiis et tractatibus rite gestis ad securum scripture recurrimus testimonium ut est moris; Inde est quod notum esse volumus vniuersis tam presentis temporis quam futuri, Quod nos de vnamini consensu omnium et singulorum tocius nostri Capituli, ciuibus nostris in Borch hanc gratiam et libertatem concessimus et concedimus per presentes, Quod quicumque siue miles siue femina, siue clericus siue famulus, in ciuitate nostra Borch manere seu mansionem facere uoluerit, eo ipso ciuis ibidem effici et fieri debet et debeat, ita videlicet, Quod in eadem ciuitate sedere et se tenere debet et debeat ad iura predictae ciuitatis Borch, que si quidem iura Stadrecht vulgariter nuncupantur, volentes nichilominus quod predicta ciuitas Borch et ciues ibidem gaudeant et fruantur illis et eisdem iuribus et libertatibus, quibus a prima fundacione eiusdem ciuitatis ijdem ciues freti sunt hactenus et gauisi. Pro hac siquidem gratia libertatis dictis ciuibus a nobis concessa ijdem ciues Ducentas Marcas stendaligenis argenti nobis dederunt ad redempcionem castri nostri Plote tam liberaliter quam gratanter. In cuius rei testimonium nostrum nostrique Capituli sigilla presentibus sunt appensa. Testes sunt Ropertus de Mansuelt nostre ecclesie Camerarius, Geuehardus de Lindowe, Borchardus de Serapelo, Henricus de Grunenberch, nostre ecclesie canonici, Rychardus Dapifer et Heyno de Alsleue, Hermannus de Wederden dictus de Warmpftorp, Henningus de Bardeleue, Thilo Marfcalcus, Johannes de Louborch, Heyno de Rodense, milites nostri ac plures alij fide digni. Actum et Datum Magdeborch, Anno domini Millesimo Trecentesimo primo, Quinto decimo Kalendarum Augusti.

Nach dem Originale des Stadtarchives zu Burg Nr. 1.